



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 144. D. Brigitta in Concilio Sanctorum fastis adscripta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

**Sæcul. XV.** discutiebantur. Si vero inter eos de quodam articulo conventum esset, tunc is ad generalem quatuor Nationum Congregationem deferebatur, sin in ea unanimis omnium consensu accederet, subscriptione facta, appositoque sigillo sequenti exhibebatur sessioni, ut plena totius Synodi auctoritate firmaretur. Haec suffragandi methodus toto Synodi tempore servabatur.

*Naucler.  
gener. 48.  
p. 437.*

### §. CXLIV.

*Sancta Birgitta in Concilio Sanc-  
rum fastis adscripta.*

Legati regnorum, Sueciæ, Daniæ, & Norvegiæ cuidam Congregationi die prima Februarii celebratae intererant unacum Cleri sui Deputatis, impense supplicantes, ut Birgitta natione Sueca, ac stirpe regali orta in sanctorum canone referretur, cum vitae puritas, sacrae peregrinationes, & miracula ante ac post mortem ejus patrata illius sanctitatem abunde testatam redderent. Haec cuidam Viro in Suecia nobilissimo nupta octo fusceperat proles, sed post conjugium fatis diuturnum ambo conjuges mutuo consensu thori sui societatem dissolvunt, quo facto Birgitta solitariam duxit vitam, unice pietatis operibus inten-

ta; instituit etiam Religiosorum ac Monasticorum Ordinem, cuius adhuc nonnulla exstant in Belgio monasteria; tandem vero pluribus ad loca sacra peregrinacionibus sancte expletis migravit in cœlum Romæ Anno salutis millesimo trecantesimo septuagesimo tertio, a Bonifacio IX in Sanctorum numerum relata Anno supra millesimum trecentesimo nonagesimo primo. Cum autem timendum, ne hæc Canonizatio a multis tanquam illegitima haberetur, utpote schismatis tempore facta, Sueci confirmationem illius petebant, ut accedente etiam generalis Concilii auctoritate nullus amplius dubitandi locus superesset. Quam sibi sortem Joannes Papa summopere gratulatus est, solemini hac functione extremos Pontificatus sui dies illustrandi occasionem nactus, exiguo enim post tempore folio dejectus fuit.

### §. CXLV.

#### *Cessationis via a Concilii Deputatis Pontifici proposita.*

**C**lanculum oblatus erat quidam libellus *Vander Hardt tom.* plurima contra Papam accusationum capita complectens, qui tamen suppressus *4. p. 42. ff. tom. 4. p. 233.* fuit, Germanis Anglisque ita consulentiibus, partim ne Sedi Apostolicæ macula inurere-